

UN NOU SERMÓ DE SANT BERNAT

El ms. 53 de Sant Cugat conservat a l'Arxiu de la Corona d'Aragó, conté, endemés d'algunes peces patristiques prou conegudes¹, un sermó atribuït a Sant Bernat que no havem trobat entre les obres publicades d'aquest Sant Pare i que per ésser molt curt publiquem aquí com una nota d'arxiu.

El manuscrit² té 48 folis útils, sense numeració antiga, de 248 × 110 mm., amb lletra del segle XIV fins al foli 45 en què acaben els tractats llargs i ja coneguts. Els tres darrers folis, 46-48, que quedarien en blanc, foren omplerts per una mà posterior, segurament ja del segle XV, amb altres peces molt curtes que podrien ésser inèdites. Per la primera, un sermó atribuït a Sant Bernat, quasi ho podríem assegurar. Per les altres dues peces que segueixen no havem fet les recerques que caldria, però, encara que ja fossin conegudes, no estarà de més publicar-les aquí, per la connexió que tenen amb el sermó esmentat.

El sermó sobre l'excel·lència de la dignitat sacerdotal, tant per l'assumpte com per l'estil, no desdiria pas de la ploma del gran predicador. No gosariem, però, afirmar-ho, encara que l'atribució que en fa el manuscrit sia tan explícita, puix com és sabut, són nombrosos els sermons no autèntics atribuïts a Sant Bernat. Compareu, pel tema, la *Instructio sacerdotis*, cap. VIII-X (PL, 184, 784-788).

Segueix una bella *prosa* en quartetes rimades i després una lletra, millor dit un fragment de lletra, d'un Sant Honorat,

¹ Les peces són aquestes:

Fol. 1-19, *Epist.* "Multifaries multisque modis" (PL, 22, 239-281).

Fol. 19-23: *Ep. S. Aug. ad Cirillum* "Gloriosissime" (PL, 22, 281-289).

Fol. 23-38: *Ep. S. Cirilli ad S. Aug.* "Illius sequi" (Ibidem, 289-326).

Fol. 38-43: *Liber S. Ambr. de conflictu vitiorum* "Apostolica" (PL, 17, 1149-1168).

Fol. 43-45: *Sermo S. Aug. de continentia* "Duo sunt" (PL, 38, 235-241).

² D'aquest manuscrit en donarà una descripció detallada el "Catàleg de manuscrits de Sant Cugat del Vallès" que prepara el Dr. Francisco Mi-quel, qui ens ha donat les dades per a publicar aquests textos.

que no havem trobat en Migne entre els pocs escrits que es poden atribuir a autors que portin aquest nom. Acaba el manuscrit, sense *explicit* amb una sentència de Sant Hilari.

J. V.

SERMO BTI. BERNARDI DE OFFICIO SACERDOTALI

Veneranda sacerdotum dignitas in quorum manibus Dei Filius velut in utero Virginis incarnatur. O felices si sacerdotaliter vixeritis. O celeste misterium quod per vos Pater et Filius et Spiritus Sanctus tam mirabiliter operatur super tam ineffabili misterio vestro quod uno eodemque momento idem Deus qui presidet in celo manibus vestris est in sacrificio. Celum miratur, horrescit infernus, contremescit dyabolus, reveretur quamplurimum angelica celsitudo. Quid retribuam Domino, ut taceam, de omnibus que retribuit michi pro tam singulari dono sacerdoti inpenso quod est datum optimum et donum perfectum, verbi gracia: Qui creavit me sine me, creatur mediante me, et Ille qui ex nichilo cuncta creavit sine me, si fas est dicere, dedit michi creare se. O venerabilium sanctitudo manuum. O felix exercitium ubi Christus tractat Christum, sacerdos Dei Filium cuius delicie sunt esse cum filiis hominum. O sacerdotes, attendite, maior est dignitas vobis collata quam que angelis qui id adorant quod vos conficitis, nec ipsi conficere possunt. O altitudo sapientie Dei. O ineffabilis clemencia Salvatoris, quod datum non est angelis concessum est homini. Sacerdos hoc sacramentum ineffabile conficit, angelus conficienti sibi quasi famulus assistit.

O quam venerabile quamque gloriosum quamque insigne fuit apud antiquos nomen sacerdotis. Sed hodie, quid abiectius¹ eo?, quid vilius? O sacerdotes, si anima cuiuslibet iusti sedes Dei est, multo magis sedes et templum Dei esse debetis mundum et immaculatum. Si sepulcrum eius gloriosum est in quo corpus eius iacuit exanime, gloriosa et digniora esse debent corpora vestra que a morte suscitatus cotidie elegit sibi hospicium Filius Dei. Si beata sunt ubera que parvulus sucxit, ita debet esse os vestrum quod carnem eius sumit et sanguinem suggit. Carnes, ergo, vestras cum timore eius configite et vobis diligenter providete ne lingua loquendo que vocat de celo Filium loquatur contra Dominum, et manus que intinguntur sanguine Christi poluantur sanguine peccati.

¹ Objectius *cod.*

PROSA

O viri mirabiles, sacerdotes Dei,
precones Altissimi, lucerneque Dei,
caritatis radio fulgentes et (e)spei,
auribus percipite verba oris mei.

5 Vos in sanctuario deo deservitis,
vos vocavit palmites Christus, vera vitis,
cavete ne steriles aut inanes sitis,
sicut vero stipite vivere velitis.

10 Vos estis catholice legis protectores,
sal terre, lux hominum, omnium pastores,
muri domus Israel, morum correctores,
iudices ecclesie, gentium doctores.

15 Si cedat proteccio legis, lex labetur;
si sal evanuerit, in quo salietur?
nisi lux appareat, via nescietur;
nec, si pastor vigilet, ovile frangetur.

20 Vos cepistis vineam Dei procurare
quam doctrine rivulis debetis rigare,
spinas atque tribulos procul [e]stirpare
ut radices fidei possint germinare.

Vos estis in area boves trituranter,
prudenter a palea grana separantes,
vos habent pro speculo legem ignorantes,
layci qui fragiles sunt et inconstantes.

25 Quidquid vident layci vobis displicere
dicunt proculdubio sibi non licere,
quidquid vos in opere vident adimplere
credunt esse licitum et culpa carere.

30 Cum pastores omnium sitis constituti,
non estote desides, sicut canes muti,
vobis non deficiant latratus acuti,
lupus rapax invidet omnium saluti.

35 Grex fidelis triplici cibo sustinetur,
corpore dominico quo salus augetur,
sermonis compendio quod diserte detur,
mundano cibario ne periclitetur.

5 Deo] ideo *cod.* 6 vocant *cod.*

7 inane scitis *cod.* 9 chatolice *cod.*

10 lux mundi *scripserat prius aman.* 20 possit *cod.*

Quibus vos tenemini vestris predicare,
set qui, quibus, qualiter, ubi, quando, quare
debetis sollicitè preconsiderare
ne quis in officio dicat vos errare. 40

Spectat ad officium vestre dignitatis
gratie potentibus dona dare gratis;
sed, si cuyquam fidei munera vendatis,
incururos gignei (?) lepram vos sciatis.

Gratis Eucharistiam plebi ministrare, 45
gratis confitemini, gratis baltizate;
secundum Apostolum, cun[c]tis gratis date,
solum id quod fuerit vestrum asservate.

Vestra conversatio sit religiosa,
munda consciencia, vita virtuosa, 50
regularis habitus mensque graciosa,
nulla vos cohinquet labes criminosa.

Nullus fastus deprimat signum vestre mentis,
gravisque intuitus habitu sit testis,
nichil vos illaqueat curis inhonestis 55
quibus claves tradite regni sint celestis.

Esto breviliquii ne vos ad reatum
pertrahat loquacitas, nutrix vanitatum;
verbum quod proponitis sit abbreviatum;
nam in multiloquio non deest peccatum. 60

Estote benivoli, sobrii, prudentes,
iusti, casti, simplices, pii, patientes,
hospitantes, humiles, subditos docentes,
consolantes miseros, pravos corrigentes.

Utinam sit gerere curam pastoraalem 65
ut possitis ducere vitam spiritaalem,
ut, cum exueritis clamidem carnalem,
induat vos Dominus stolam eternaalem.

Amen.

44 gignei *forsan pro Giezi*. 66 educere *cod.*

EPISTOLA BEATI HONORATI AD PRELatos

Eris itaque principibus ad correccionem, plebibus ad erudicio-
nem, afflictis ad solacium, nocentibus ad terrorem, errantibus ad
direccionem, clericis ad erudicionem, superbis ad humilitatem, hu-
milibus ad tutelam.

Sis humilis, non vilis; dignus, non presumens; mundus ut sordes diluas alienas; in novam innocenciam reformatus, suscipiens incrementa ad dandam salutis scienciam plebi Dei. Sis, queso, compositus ad mores, fervidus in dileccione, mansuetus in societate, stabilis in proposito, fortis in penitencia, pronus ad concordiam, rigidus ad censuram. In iudiciis rectus, in loquendo modestus, in iubendo discretus, in dispositione industris, in agendo strenuus, in auxilio sollicitus, in consiliis fidus, in responsionibus circumspectus.

Exibe te moribus devotum, minoribus blandum, equalibus socium, rigidum superbis. Fuge detractores et detraccionibus, nisi certificatus fueris, non moveberis. Benignum te redde humilibus, penitentibus misericordem, inflexibilem obstinatis.

YLARIUS.¹

Proprium est ecclesie ut tunc vincat, cum affligitur; tunc intelligat, cum arguitur; tunc segura sit, cum sola relinquatur; tunc obtineat, cum superata videtur.

¹ Aquest pensament és certament de Sant Hilari, del lib. VII, 4, *De Trinitate*. En MIGNÉ, *PL*, 10, 202 es dóna així: "Hoc enim Ecclesiae proprium est, ut tunc vincat, cum laeditur, tunc intelligatur, cum arguitur, tunc obtineat, cum deseritur."